

Sbd

E libris
gymnasio Mauritano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

VIRO
 NOBILISSIMO, CLARISSIMO, AC DOCTISSIMO,
 DOMINO
IOHANNI HENRICO
 STVSSIO,
 CELEBRIS SCHOLAE ILFELDENSIS
 HACTENVS CONRECTORI OPTIME MERITO,
 NVNC VERO PRO-RECTORI

VIRO
 SVMMÆ VENERABILI ATQVE EXCELLENTISSIMO
PHILIPPO LVDOVICO
BOEHMERO,
 S. THEOLOGIAE DOCTORE, POTENTISSIMO,
 MAGNÆ BRITANNIAE REGI A CONSILIS SACRIS,
 ECCLESIA RV M CALENBERGICARVM SVPERATTEN-
 DENTE GENERALI, SACRIOQVE, QVOD
 WVNSTORPII EST, COLLEGH SENIORE
 GRAVISSIMO

IPSI S CALENDIS MARTII A CIO 10 CCXXIV,
 PVBLICE RENVTIATO,
 VOTIS HISCE
 GRATVLANTVR
AMICI NONNVLLI

AK



P I E R I D V M profunt dulcissima castra per orbem,
Et populis praebent commoda magna Scholae.
Nam veluti croceis ornatus floribus hortus
Gramineum suavi mulcet odore solum,
Educat et varios, pratorum sidera, flores,
Atque avida praebet poma ferenda manu:
Sic etiam multos, quorum mens culta per artes
Ingenuas, Phocbi gignere castra solent.
Haec praebent templis Mystas, quorum ora sacrato
Eloquio plebi verba diserta ferunt:
Haecque foro sistunt iuris legumque peritos,
Qui scite tractant iura severa fori:
Haec hominum doctas informant corda per artes,
Moribus ut iactis asperitas fugiat,
Ast in eis iuvenum mentes formare per artes,
Certe est continui grande laboris onus.
Nam Praeceptores studiis incumbere doctis,
Semper et aoniis invigilare choris,
Saepius et debent insomnem ducere noctem,
Mortales alios cum sopor altus habet:
Mendosos etiam debent reprehendere mores,
Contraque discipulos arma movere malos.
Corruptae quidam sunt indolis, ut meliora
Displiceant, placeant deteriora sibi:
Sunt etiam iuvenes, quos gloria vexat inanis,
Qui temnunt socios ambitione suos:
Decipiunt alii natura vulpis iniquae,
Et fabricant ficta simplicitate dolos.
Sunt, quibus ingenium, longa rubigine laesum,
Torpet, et obtusos quos stupor altus habet:
Sunt, queis doctrinae subeunt obliviae sparsae,
In quibus infusum nil remanere potest:
Sunt et nonnulli segni torpore ligati,
Queis pulchrum in medios stertere saepe dies:
Sunt et qui vicos, qui compita quaeque pererrant
Instabilesque ruunt, more fluentis aquae:
Non nulli veniunt streperum faciendo tumultum,
Et reliquo faciunt impedimenta gregi:

Sunt.

Sunt, qui detrectant dictis parere Magistri,
 Et Praeceptorum iussa verenda sequi:
 Quos quando digna tentant compescere poena,
 Gratia praerenti nulla laboris erit.
 Quae merces illos tandem, quae dona sequuntur?
 Praemia pro meritis quae retributa putas?
 Taedia multa ferunt, et praemia rara capeffunt,
 Saepe et pro meritis pulvis inanis adest.
 Alter dimidiat pretium, totum negat alter,
 Vociferans, gnatum nil didicisse suum,
 Iste dedisse olim jurat, quod non dedit, ille
 Praemia dat verbis plurima, pauca manu:
 Sic fiunt dites promissis, reque carentes,
 Non illos auro plena crumena beat.
 Adde, quod ingrati lingua petulante Magistros
 Temnant, atque acri scommata felle terant.
 Quin etiam absentum soleant arrodere famam,
 Carpendi studium quale Theonis erat.
 Haec contra gnavis solatia magna Magistris
 REX praebet, Britonum scepra verenda tenens.
 Diligit hic Musas, et doctas Palladis artes,
 Quis fera duritiam ponere corda solent,
 Dignaque pro meritis dat praemia, grata Camoenis
 Praemia, quae Pallas magna vocare potest.
 Hic PRO-RECTORIS tandem Tibi tradit honorem,
 Qui CON-RECTORIS munere functus eras,
 Sicque Tibi statuit pretium non vile laborum,
 Quo tua iam dudum digna Thalia fuit.
 Namque Ilfeldiaci Te sacra Palaestra Lycae
 Novit, et eloquio crevit amoena Tuo.
 Artibus ingenuis poluit tua pectora Phoebus,
 Iuvit discipulis invigilasse tuis.
 Quin etiam cultae polles dulcedine linguae,
 Sive latina sones, sive pelasga sones.
 Hoc facit, ut meritum Tibi carmine grater honorem,
 Contigit ex merito qui Tibi laudis honos,
 Et PRO-RECTOREM cum Te mea Musa salutat,
 Apprecor auspiciis prospera cuncta tuis:

vive

Vive diu, floreatque diu per tempora vitae,
Non noceat studiis aura maligna tuis,
Nec Te perecellant inimici nubila fati,
Nec Te morborum semina dira petant:
Sed potius clemens semper Tibi rideat aether,
Te REGIS summi gratia summa beet;
Vt PRO-RECTORIS possis bene munere fungi,
Et polias studiis pectora multa Tuis.
Sic gratae Ilfeldae clarum locanomen habebunt,
Ardua Parnassi quam iuga montis habent.
Nobilis insignes Hannovera mittet Ephēbos,
Visurgimque potans huc quoque carpet iter,
Arvaque permensi venient huc laeta Thuringi,
Quique bibunt flavi Saxones Albis aquas,
Denique vix capient studiosos atria coetus,
Ad tua confluxus limina tantus erit.

Amica mente manuque ponebat

FRIDR. CHRISTIANVS LESSER,

Past. ad mont. Mar. Nordh.

QVAM bene res agit, virtuti praemia iusta
Si DOMINI statuunt TERRARVM, quos DEVS ipse
Assolet appellare DEOS, dum munere summo
Funguntur, partesque DEL nomenque tuentur!
Crescit tunc virtus, simul et Respublica crescit.
Indignis digni dum praeponuntur, et omnis
Agnoscit prudens, quod fiant omnia iuste.
Haec eadem Tibi nunc fors contigit, OPTIME SVSSII:
Pro magnis meritis, quae docta ILFELDIA laudat,
REICHIVS Illustris, quanquam complectitur ipsum
ANGLIA, quam MAGNVS IVSTVSQVE GEORGIVS Ille,
REX, iustis tenet imperiis, et provehit Artes,
Ofert mercedem, Sparta meliore laborem
Ornans assiduam, magis vt Tua gloria crescat
Nominis, et magnū SCHOLA sentiat incrementum.
Aggredere ergo novos, aderit iam tempus, honores,
Pergeque praeclaris studiis extendere famam.

Paucis hisce novam PRO-RECTORIS dignitatem

CLARISSIMO SVSSIO,

FAVTORE HONORATISSIMO,

gratulabatur

Io. ANDREAS RINNEBERG, Scholae

North. Con-R.

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40



VIRO
 NOBILISSIMO, CLARISSIMO, AC DOCTISSIMO
 DOMINO
I OHANNI HENRICO
 STVSSIO,
 CELEBRIS SCHOLAE ILFELDENSIS
 HACTENVS CONRECTORI OPTIME MERITO,
 NVNC VERO PRO-RECTORI

VIRO
 QVE EXCELLENTISSIMO
LVDOVICO
MERO,
 CTORE, POTENTISSIMO
 REGI A CONSILIIS SACRIS,
 ERGICARVM SVPERATTEN-
 , SACRIQVE, QVOD
 , COLLEGII SENIORE
 AVISSIMO
 RTH A CIO IS CCXXIV,
 RENVNTIATO.
 IS HISCE
 VLANTVR
 NONNVLLI



AK